

Erzbischof Ludolf von Magdeburg bewkundet, daß Graf Ulrich von Wettin, sein Getreuer, eine Wiese, welche er von der magdeburger Kirche zu Lehn getragen, der Nikolaikirche zu Kattau überwiesen und die magdeburger Kirche durch eine andere Wiese entschädigt hat u. a. — Zeuge: Graf Ulrich von Wettin.

Baalberge, 1204 Juni 24. 5

Gedr.: N. Mittheil. aus dem Geb. hist. antiquar. Forsch. 13,258 (nach dem in Privatbesitz befindlichen Originale). S. des Erzbischofs an Pergamentstreifen leilich erhalten. v. Heinemann, Codex Anhalt. 5,746^a.

:In nomine patris et filii et spiritus sancti. Liudolfus dei gratia Magdeburgensis archiepiscopus.: Si pastores ovium sole geluque pro grege suo diligenter die ac nocte vigilare contenti sunt, ut neque ex eis aut errando, pereat aut ferinis laniata morsibus 10 rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant, quanto sudore quantaque cura debemus nos esse pervigiles, qui pastores animarum dicimur, attendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum pastorem negligentie nos reatus excruciet, unde modo maiores honoris reverentia iudicamur. Convenit itaque pontificali moderamini pio affectu 15 pollentibus et bene circa sibi commissa vigilantibus in omnibus, que iuste expetunt, assensum prebere et ea, que fidelium elemosinis ecclesie conferuntur, ut indisiccta errore posteriorum permaneant, precavere. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod fidelis noster Odalricus comes de Witin ob spem divine misericordie et remedium carorum suorum pratum quoddam ecclesie beati Nycolai in Katowe parrochiani 20 curie consitum et contiguum propinquorum suorum assensu conferre elaboravit. Nam cum idem pratum a Madeburgensi ecclesia feodaliter possideret, ne iam dicta Madeburgensis ecclesia dampnificaretur, tereium pratum in orientali parte a molendino situm in concambio consensu nostro ecclesia nostra accepit. Addidimus quoque salictum quoddam in oriente iam dicto prato adsitum, quod cum esset predecessoris nostri Wigmanni 25 archiepiscopi matrimonium, et militibus quibusdam, Esico videlicet et Thiedrico de Liubeguni et Wernhero de Gōtniz, in feodo concessum, sed elapsis aliquot annis ab ipsis liberum, eorum consensu et petitione pro domino sepe dicte ecclesie omni exclusa reclamatione obtulit. Et cum omnium impeticiones legitima submovisset prescriptio, quidam Thiedricus Hake ausu temerario contra ius se a predicto comite de Witin 30 in feodo habere asseruit, sed postmodum expeditus false exactioni renuntiando presenti confirmationi adici postulavit. Quod ut firmum et inconvulsum perseveret, sub anathematis vinculo hac nostro sigillo insignita pagina corroboramus. Huius rei testes sunt: Tiemmo parrochianus ipsius ecclesie et procurator facti. Dux Bernardus. Odalricus comes de Witin. Sifridus comes de Dornbuch. Romarus prepositus. Heinricus decanus. Otto 35 burgravius. Frithericus de Turchowe. Gerwigus de Wittin. Bertholdus Kalf. Thiedricus Hake. Acta sunt hec Balberge in ecclesia quinta feria, videlicet die beati Iohannis baptiste, anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quarto.

(S.)